Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



est uita hoīs sup terram ⁊ sicut dies mercenarii dies eius ℣ mtm.

v. Quadam autem die cum uenissent filii dei ut assisterent coram dnō affuit inter eos etiam sathan. Qui dixit dns Unde uenis. Qui respondens ait. Circuiui terram et perambulauī eam. ℟ Induta est caro mea putredine ⁊ sordibus pulueris cutis mea aruit ⁊ contracta est. Memento mei dne quia uentus est uita mea. ℣ Dies mei uelociores cursore transierunt quasi de textrice tela succidit ⁊ cōsumpti sunt absq ulla spe. Memento.

vi. Dixit dns ad sathan. Numquid considerasti seruum meum iob quod non sit ei similis in terra homo simplex et rectus et timens dm ac recedens a malo. Respondens sathan ait. Numquid iob frustra timet deum. ℟ Versa est in luctum cithara mea ⁊ organum meum in uocem flentium. Parce mihi dne nihil enim sunt dies mei. ℣ Oculos hodie quare posuisti me contrarium tibi ⁊ factus sum mihi metipsi onerosus. Pce.

vii. Donec tu uallasti eum ⁊ domum eius ⁊ omnia eius in circuitu. Opibus manuum eius bndixisti et possessio eius creuit in terra. Sed extende manum tuam paululum et tange cuncta que possidet nisi in facie bndixerit tibi. ℟ Pauucis dierum meorum finietur breui dimitte me ut plangam paululum dolorem meum. Antqm uadam ad terram tenebrosam ⁊ opacam mortis caligine. ℣ Ecce in puluere sedeo et in puluere dormio ⁊ si mane me quesieris non subsistam. Antqm.

viii. Dixit at dns ad sathan. Ecce uniuersa que hat in manu tua sunt tantum ne in eum extendas manum tuam. Egressus est igitur sathan a facie dni. ℟ Ne abscondas me dne a facie tua ma num tuam longe fac a me. Et formido tua no me terreat. ℣ Voca me et respondebo tibi aut certe loquar ⁊ tu respondes mihi. Et ℟